

CONRADI
JOHRENI
PHIL. ET MED. U. DOCTORIS,
HARUMQUE IN ACADEMIA HASSO-
SCHAUMBURGICA Quæ est RIN-
THELII AD VISURGIM PROFESSORIS
PUBL. ORDINARIJ

PRAXEOS
CHYMIATRICÆ
Sectio Secunda.



RINTHELII;

Ex officina SEILERIANA,
M DC LXXVIII.



PRÆFATIO

ad Lectorem,

EXhibeo hic tibi
Candide Lector
praxin meam chy-
miatricam diu pro-
missam, nec tamen
adeò omnib⁹ nume-
ris absolutam, ut ab-
solvere quidem con-
stitueram, Effecere
c illud



illud non solum va-
rii in praxi & institu-
endo labores, sed &
varia, quæ me tetigere
mala domestica : His
interim frueri & æqui
boniq; consule. Scri-
psi pleraque ex men-
te *Paracelsi*, quem, u-
bi sibi contradicere
videtur, conciliavi,
non verò ac si in eius
verba



verba juràssem , fed
ut ostenderem, indi-
gnè illum à quibus-
dam recentioribus
corripi, quos tamen
nec suâ laude priva-
ri volo, cùm non mi-
nimam in medicinã
nostrâ accendant fa-
cem: Quodque ip-
se expertus sum ad-
didi, verùm non o-
mnibus placiturus,

c 2 fed



sed candidis & bonis,
cum videam multos,
quibus ringetur ma-
ledicum os, Hoc ta-
men mihi persuadeo
multa exiguo huic
inesse libello, quæ u-
tilissima usu compe-
ries, vale & fave.





GALENO sua laus: mor-
bos feliciùs arcet
Spagyriam è nostro corpore
docta manus.


Id factis monstrat noster JOH.
RENIUS, atque
Quem bellè scripsit, com-
probat hicce liber.

In honorem

Excellentissimi Experientissimique
Domini Auctoris Collegæ
sui conjunctissimi apposuit

I. O. HENCKELIVS
S. Th. D. & P. P. ho-
diè Acad. **RECTOR.**

Sci.



Scire Tuum nihil esse putas, Col-
lega Iohreni,
Alter res Medicas Te nisi scire
sciat.

Hinc varios variè quàm possis pelle-
re morbos,

Cui methodofaveas, hæc tua Pra-
xis habet.

Sic scriptis alios pergat Tua Musa
docere!


Nomina tunc pariet non moritur-
ra Tibi.

Ita

Affectum declaraturus Dn. Collega
amantissimo properante calamo
acclamat

MATTHIAS TILINGIUS,
Med. D. ejusdemque Facul-
tatis in Universitate Hassio-
Schaumburgica Professor Pri-
marius, Archiater Hassiacus,
Sacri Romani Imperii Aca-
demix Naturæ Curiosorum
Zephyrus.

Qui



Qui Trismegisti * discipu-
lus simul
Vindexque sollers, cui dedit
arduo

Hippocratis subtile sacra
Ingenium superare nisu,
Cui Terra mater viscera debi-
tos


Confert in usus, cui sua scrinia
Natura pandit, cui fideli
Servitio famulantur herbe.
O macte victor, splendidus
hostium

Tam tetricorum! jam pede
supplici

Prosternitur periculosi
Colluvies furi osa morbi.


Te

* Paracellsum intellige, qui Trismegistus
Germanus audit.



Te pestis horret, Te timet a-
rida,
Amice, febris, vindice Te fugit
In famis Hydrops calculus-
que,
Ac hypochondriaci furo-
res,
Hic ulcerosus repperit uberem
Pulmo medelam, hic & pene-
tralia
Levamen invenere cordis,
Hic cerebri sinuosa moles
Solatiorum materiem capit.
Congratulantum jam videor,
mihī
Audire membrorum cate-
nam;
Lingua Tuis animata scri-
ptis
Secura morbi pro meritis Tibi
Molitur hymnos, & Tua splen-
didè

Com.



Commendat ac credit, fi-
deli

Nomina non peritura Fa-
mæ.

At hæc paratam iam Tibi buc-
cinam


In ore gestat, prompta volatili
Exire curru & destinatis
Laudibus accumulare lau-
des.

Ita applaudite

Collegæ ac Amico suo singulari

PHILIP Lohmeier/
Natur. Scient. Prof.
Publ.





Praxeos
CHYMIATRICÆ
 SECTIONIS
 SECUNDÆ

De
MEDII VEN-
TRIS
seu
THORACIS
 AFFECTIBUS.

Cap. I.

De

Anginâ.



UM fauces tumore
 præcluduntur ut respira- *Anginâ.*
 re ac deglutire nix liceat,
 indeque tum cibi & po-
 tus aërisque necessari-
 as prohibeatur usus, vel ab angendo
 vel

Notha
&*Exqui-
sita.*

vel à Græco verbo *ἄγχειν*, quod
 Latinis *strangulare, suffocare & ange-
 re* significat, ANGINAM dicunt.
 Quæ communiter dividitur in notham
 & exquisitam. *Notha* est faucium tu-
 mor ex malâ digestionem & cruditate fe-
 rre citra ruborem, sine febre & inflamo-
 matione, aut saltem exiguis. Hanc
 Galenici à Catharro fieri volunt cum
 tantam mucii copiam, quam non aliun-
 de, quam à cerebro provenire crede-
 bant, vel spissiore in ore decumbere
 vel tenuiorem profuere viderent, non
 advertentes faucium meatum præclu-
 sum laticem salivalem diversi juxta fer-
 mentum suum saporis & consistentiæ
 ex ductibus salivalibus profluentem
 non admittere. Ad notham refertur &
 ea quæ ex luxatione vertebrarum collis
 & quæ ex assumptione Solani somniferi
 faucium astrictione contingit, *Exquisi-
 ta*, de quâ proprie hujus loci, est inflamo-
 matio faucium cum febre continuâ &
 acutâ tumoreque fauces coarctante, re-
 spirationem & deglutionem impediens.
 Paracelsus vocat *Prunellam* vulgò *Dâ
 Breüne* Lib. 2. de Tartaro tract. 2.
 cap. 5. pag. m. 431. *Prunella est passio
 Principalis cum paroxysmo proprio, exi-
 stens in caloribus, ducens originem ex sa-*

libris

Cap. I. De Anginâ. 209

libus vitriolatis, contra regionem propriam & ipsam naturam pugnant, una de speciebus Pleuresis, & pestis, cum calidibus vitriolatis. In hac definitione causam prunellæ, quæ Galenicis Catharri seu fluxus calidi & biliosi soboles est, sal vitriolatum dicit, quod contra regionem propriam præter naturam in hepate restagnat, cum per urinam debebat expelli illudque vitio Tartari, unde sulphur sanguinis transplantatur vitiosâ fermentatione & putrescit, ubi se ab yleido separat & accendit, transit enim de corpore in aërem i. e. volatilifatur, ascendit ad collum, accendit & tumorem conciliat. *vids Paracelsi. lib. 2. de Tart. tract. 2. cap. 2. pag. m. 424. & 425. it. cap. v. pag. m. 431.*

Causa prunella)

Signa est. *loc. ult.* in expositione textus pag. m. 432. enarrat. Prunella) signa ejus sunt, quod primò in faucibus & linguâ rubedo venit, postea niger color. Tertiò *als legen Kohlen auff der zungen und vverden Blätterlein auff der lingua* & duo tres colores sunt vera signa prunellæ, reliqua signa sunt ut in Pleuresi & peste.

Curatur Angina venæseleccione & educatione sub linguâ; instituitur autem illa rectè in brachij venâ, præsertim in principio

Curatio

○

capio

cipio morbi, vid. *Hoef. in Heracle me-*
dieo. Horst. oper. tom. 1. pag. 336. quest.
15. & tom. 3. pag. 49. quest. 4. Riveri-
us in Praxi lib. 6. cap. 7. de Anginâ
pag. m. 293. Pro extremo remedio
commendat venarum jugularium se-
ctionem, cujus etiam felicem successum
testantur Trallianus lib. 4. cap. 1. & Za-
cût Lusitanus observ. 89. l. 1. Prax. 1.
admirand. Quod si autem robur & vi-
res patientes ferant præmitti poterit
Vomitorium ex aquâ benedictâ Rulandi,
præsertim si febris urgeat. Quod si au-
tem vomitorium locum habere nequeat,
ad specifica statim recurrendum. Hart-
mann. in prax. pag. m. 130. Gargarisma-
ea primum hic sibi locum vendicant,
& si æger gargarizare nequeat siphunculo
injiciendus est gargarismus. Fiant au-
tem hi ex aquâ plantaginis, prunella, pa-
paveris rhoados cum spiritu Tartari &
enodyno minerali, quod vulgò lapis pru-
nelle dicitur, mixtis. Laudant alii non
sine ratione salem urina, indeque non
immeritò, a quibusdam uvina pueri sani
adhibetur. Et Canis sterco, (quem qui-
dam per triduum ossibus nutrire volunt)
byrundinum, columbarum, capra, item,
fel auferis, tauri, cinis seu sal byrundi-
mms

Cap. I. de Anginâ. 212

vasura a dentis apris & e. in gargarismate aut
linimento juvant, quia sunt naturæ al-
calicæ facileque sulphur sive acidum san-
guinis putridum absorbent. Paracel-
sus loc. cit. curam Prunellæ auspiciari
jubet sicut pestis, in hac autem præstans
gargarisma præscribit in tractat. de pe-
stilentia an die Stadt Steyrzingen, pag. m.
378. quod repeto. So aber, inquit, die
Bräune gemerckt vwürde. (so gemei-
niglich mit leuffi) so nimb sechs oder
acht lebendige Krebs, und drey oder
vier hand voll hauswurcz, die stos in
einem mörsel vwohl durch einander
und druck den Safft heraus. Mit dem-
selben Safft soll mann die zunge scha-
ben u. waschen auff das beste so man
kan und ein vwenig darvon zu trin-
cken geben. Also v wird die Breune ge-
nommen; Quod si autem illa, dicit in
expositione textus de curâ prunellæ lib.
2. de Tartaro, tract. 2. cap. 7. pag. m. 432.
juvare non posset, sequitur compositum
ut est in textu. * Zungen schaben mit einem
tuch, es sey Schaylach oder anders, semper
gargarisare & rursus schaben, iterum ein
trunk post horam und schaben. Materia
mus hinweg geschabet vverden, quia fa-

cit mortem in linguâ, ideo *schaben* usque dum sanguis etiam exeat, nihil nocet.

* *Compositio Diaprunellæ.*

Rec. Aquar. Prunell. lb. j.

Laudani puri ℥℞.

*Misc. Fiat haustus secundum cobob,
& gargarismus cum mundificatione
lingue & est ultimum medicamen
in prunellâ.*

Quidam verò cultrum, quo lingua radenda ex ligno *falscis* vel *hedera* conficere jubent, quod non contemnendum censeo. Ego feliciter sequenti utor gargarismate.

Rec. Aq. plantag.

Prunellæ ana lb. ℞.

Succi sedi maj. ℥iij.

Spir. sal. Armoniaci ℥ij.

Misc. F. Gargarisma.

Et *Campora* in Gargarismis vires præcellentes obtinet. Not. Anodyno minerali sive lapide prunellæ, quem angina-

Cap. I. de Anginâ. 213

ginarum remedium agnoscit & ipse Hel-
montius lib. de flat. pag. m. 343. No. 62.
si in collutionibus, uti velis, non confi-
citur cum sulphure, sed ℞. Salis Nitri lib. j.
cujus particulas pedetentim in cruci-
bulum bene candentem injice, alias o-
ptima materia exilit, nec hoc modo i-
gneitas salis nitri aufugit, sed remanet,
quod alias in communi preparatione
fieri solet cum sulphure, salem Nitri
liquefactum post in lapidem effundit
et usui adhibeto.

Anody-
num mi-
nerale.

Quod si autem his neque resolvatur
neque suppuretur tumor faucium, sed
induretur, utere emplastro emolliente
& maturante, quale est Riverii com-
positum in Praxi lib. vi. cap. 1. pag. m.
295.

℞. Rad. Alibea
bryonia
Cucumer. agrest. ana ℥j.
fol. malv.
Parietar.
Origani
Centaur. min. ana mj.

0 3

Cap.

214. Prax. Chym. Sect. II.

Caricar. ping. par. vj.

Sem. lini

foenugrac. ana ℥j.

Coquantur, pistentur, & per se-
taceum trahantur; deinde
adde.

Pulv. Hyrund. combusti.

Stereoris Canis ossa rodentis
ana ℥ij.

Sulphuris viv. ℥j.

Butyri rec.

Axung anat. ana ℥j.

Olei Anethini ℥ij.

Fiat Cataplasma.

Nec peccabis si huic composito gum-
mi ammoniacum l.a. addideris. Si verò
his tumor ad suppurationem perveniat
& per abscessum rumpatur, ulcus ab-
stergentibus mundandum & probe de-
tersum consolidandum erit.

CAP.

CAP. II.

De

Pleuritide.

Pleurefis sive Pleuritis consideratur vel in latiori significato vel in strictiori. Latè est inflammatio membri alicujus principalis cum putredine indeque febre acutâ; sive nunc pars illa per se, aut aliarum nobiliorum contiguitatem & viciniam Principalis dicatur. Unde *Paracelsus* cerebri, hepatis aliarumque partium pleuresin constituit. *lib. 2. tract. 2. cap. v. de Pleuresi & prunellâ. Strictè est inflammatio membranz pleuræ seu membranz thoracem intrinsecus succingentis, à sulphure impuro putrido & volatili, cum lateris dolore pungitivo, dyspnœâ, tussi & febre acuta, pulsuque duro frequenti & inæquali.*

Pleuritis quid.

Causam humorem seu sanguinem fervidum dicunt, verum qualis ille ex naturâ suâ sit non sufficienter explicant

Causa Galeni.

Ga-

Paracels.

Galenici; Et Severinus Danus a sanguine solùm inflammationem produci posse rectè nec sine ratione negat, nisi prius in eo semina inflammationum delitissent. Hinc Paracelsus causas morborum altius investigans massam sanguinis accensam causam immediatam quidem non negat, profundius tamen nec minus apertius morbi hujus incunabula explicat. Eundem verò ferè pleuresis cum prunellâ & peste, genericè scil. ortum agnoscit, cum *loc supra citat. pag. n. 430*, dicit. *Pleuresis est morbus inclusus in membris Principalioribus; locum habet in regionibus illorum ex oppilatione Tartarcâ sine resolutione vel per resolutionem & est passio aërea de corpore reducta in corpus, ex sale ogertino, ex speciebus pestis & prunelle.* Ast specificè ab iis distinguit pleuresis, quod sit ex sale Ogertino i. e. auripigmento ab yleido separato & exaltato, ut prunella ex vitriolo, pestis ex arsenico. Separatum verò ab yleido est esse privatum aëre interno seu spiritu animali, qui fluidâ suâ labiliq; substantiâ, temperare debebat ogertinum illud in Tartaro præexistens sulphur sive acidum, quod unum idem.

Cap. II. De Pleuritide. 217

demque. Quando nunc aër ille inter-
nus seu spiritus, (nec hunc si lympham
dixeris peccabis, lympa enim nihil
aliud est, quam spirituum animalium
materia, aut aër coagulatus, & aër con-
trà nihil aliud, quàm resoluta aqua) per
oppilationem à Tartaro à libero motu
prohibetur, restagnat, putrescit, con-
sumitur & a corpore i. e. formâ lym-
phae, in solum aërem resolvitur, sicque
separatur sulphur ab yleido; ad hæc se
ogertinum illud sulphur sive acidum,
quod in Tartaro præexistebat separat
& cum resoluto yleido sive aëre, quem
in naturam suam transplantat, iterum
miscetur * ascendit & pro specie suâ
morbum producit, ut in præcordis
pleuresin. Hinc Paracelsi, lib. 2. tract. 2.
de Tartaro cap. 2. in expl. text. Ylei-
dus est aër elementalis, in nobis est spi-
ritus, qui transire debet per omnia
membra. Wie in einem ey das beür-
leins ist, ita debet yleidus transire per o-
mnes poros: qui si obstruuntur tunc
morbi sequuntur. Oppilatur autem aër,
si in istâ regione materia est, ut Tarta-
ri, si in illâ consumetur & transit de cor-
pore in aërem, aër solum fit: Ille aër
facit postea pestem, pleuresin & pru-
nellam.

Hoc

* Hoc est, de corpore reductum esse in corpus, ut in textu supra citato Paracelsi.

Dicit autem Paracelsus ex sale operetino; Non quod intelligat solum ejus alcali, sed totum compositum, uti vitriolum & arsenicum dicuntur salia, licet acidum sive sulphur copiosum & potens in se contineant. Studio supra dixi & jam dico acidum & sulphur esse unum idemque reale, cum easdem habeant affectiones & proprietates, ut videas, nec Helmontium re discrepare, licet se diversa solidioraque scripserit imaginetur, cum dicit *tract.* cui titulus *Pleuræ sursens*, omnem aciditatem venis hostilem esse, propter metum coagulationis, si enim cruor coagularetur, partium nutritionem fieri non posse, pleuritidem verò nihil aliud esse, quam aciditatem conceptam in archæ, qui si eam deponat in cruorem venæ cavæ hæcque in costarum carnem, statim fieri pleuritidem, cum cruor, qui ad alimentum pleuræ in fieri sit, aciescat. &c. Jam L. B. sincerè absque præconceptâ opinione judica, num Helmontius *loc. cit. No. 11. & 12. pag. m. 318. & 319.* & sectator ejus Grembsius *lib. 2. cap. 1. No. 65. pag. m. 151. Suffici-*

Causa secundum Helmont.

quod Paracelsus in re non contradi-
cit.

Cap. II. De Pleuritide. 219

Scientem causam habeant inveniendi in Paracelsi manes, qui non solum materiale sed & formale causæ satis accuratè explicat. Quis enim negabit salis ogerfino sive auripigmento acidum? quis negabit Auripigmentum arsenicūve hominem particulis suis interimere acidis, corrosivis & sulphureis, coagulando aciditate suā massam sanguineam. Credo etiam quod Helmontius quem aliās magni æstimō, Paracelsi scripta aut obiter tantum perlegerit, aut intelligere noluerit, quæ de coagulatione Tartari, cap. 9. libr. von Tartarischen Kranckheiten, expressè scribit, fieri nempe illam per spiritum salis, quid autem Spiritus salis aliud quam acidum? quod & ipse Helmontius non solum in sale communi, sed & in vitriolo, alumine arsenico & cæteris ita dictis salibus fatebitur.

Signa sunt: Paracelsus lib. 2. tract. 2. de Tartaro cap. v. de Pleuresi. *Signa.*
mor corporis cum frigido & calido sine pluralitate, faciei discoloratio, membrorum debilitas & inquietudo, calor finalis ascendens, punctura capitis & laterum & in præcordiis & sub thorace: & ubi passio vel dolor, ibi

ibi regio morbi. Sed & non raro dyspnoea, tussis & expulio cruenta adest.

Curatio.

Curatio perficitur I. vomitoriis; Præstat *Aqua benedicta Rulandi* ex Croco metallorum, antimonio nempe & sale Nitri philosophice calcinatis factâ, quam multis Quercetanus in *Pharmacop. dogmat. restitutâ* laudat in curatio-
ne pleuritidum: Nec minoris efficaciz erant *Crocus metallorum absynthiacus Mynsicht.* vel per se à gran. iij ad vj exhibitus, vel quod melius monente ipso auctore, si totidem grana per noctem in vinalbi Rhenani unc ij. Aq. cinnamomi Drachm. ij infuderis, manè colentur & vinum clarum abjecto croco, calidè bibatur. Item *Tartarus Emeticus* ejusdem auctoris à gran. iij ad vj. Ego vix gran. iv. Præsertim si recens factus, transcendendo. Crollius commendat *Mercurium Precipitatum*, sed quo ego libentius superfederem cum tutiora dentur. Adhæc 2. vena secetur, si plethora jussierit, quando autem symptoma ea adèò urgeant, præmitti potest venæsectio. Quamvis pleuritidem venæsectione curatam sæpius tabem aut reci-
divam

Cap. II. De Pleuritide. 221

divam anniversariam post se reliquisse
observaverit Helmontius, verum venam
secare ex prudentis medici iudicio stare
debet, non penitus rejicio & plures etiam
sine venesectione, tempestive ex-
hibito diaphoretico ex salibus volatili-
bus &c. feliciter sanavi. Clysteres ve-
ro & purgationes nec Helmontius nec
Paracelsus approbant. Sed dentur 3.
Diaphoretica, quæque acidum corri-
guat & cruorem coagulatum resolvunt,
ut rectè Helmontius asserit *loc. citat.*
Sunt autem ea Alcalicæ naturæ & sa-
le volatili turgida, contra Acida vitan-
da, quia pectori inimica, coagulatio-
nemque cruoris adaugent. Quod si
autem Sulphura metallorum & mi-
neralium fixa quid conducunt, alio
nomine alioque respectu id faciunt.
Non igitur in curatione te destituent
Antimonium diaphoreticum, à scrup. j.
ad; Drachm. s. *Bezoard. minerale* à
scrup. s. ad scrup. j. *Lac. sulphuris* ad
ʒb. *Anima vitrioli Myns.* à gran. v.
ad viij. *Nitrum Animoniatum*, *Col-
cothar* sive *sal vitrioli* post destillatio-
nem spiritus ex capite mortuo extra-
ctum, *Rasura dentis apri, priapi Cer-
vi*

222 Prax. Chym Sect. II.

vi vel zauri, Mandibula Lucij piscis
 ppt. Ossa de corde Cervi ppt. Laudanum
 opiatum à gran. iij. ad vj. Flores salis
 Armoniaci, Corall. rubr. ppt. Sal. Cornu
 Cerv. Urina. succin. volat. zile, Spir. Salis
 Armoniaci, C. C. Balsamus mumia, Suscus
 cichorei sylvestris, flores sambuci, papaveris
 Rhæados, Carduus benedictus, Carduus
 Maria, Herba bellis &c. Ex compositis sunt
 species & pulveres pleuriticæ Mysicæ. quos
 vide apud eum sect. v. de spec. & pulv. Serenissimi
 & Celsissimi Principis Wilhelmi Sapientis
 Hassiæ Landgravij &c. &c. hoc experimentum
 tuisse perhibetur,

R. Unicornu

Corn. Cerv. ust.

Perlar.

Corall. rubr.

Ocul. cancr.

Luctj

Lap. percar. ana ʒj.

M. F. Pulvis. Dosis quantum ij
 vel iij cultri cuspidibus capi
 potest

Cap. II. De Pleuritide. 223.

potest, in aqua prunorum
tylvestrium. *Petrus in Nosolog.
Libr. 1. diss. 14. pag. m.
275.*

Helmontius *loc. sapius citat.* Potissimum laudat *cruorem hirci*, non quidem venalem: sed, ait ille, hircum suspendo cornibus alligatisque pedibus postremis ad cornua, ablectis testibus castratur. Cruor inde emanans, usque in ejus mortem, excipitur, & siccatur. Et a venali cruore (qui nil nisi ovillus est) dignoscitur, quod venalis facile teratur, ejusque pulvis sit puniceus: hircinus autem verus difficillime & tardissimè teritur, estque piceæ coloris pulvis illius. Contritio autem tam molesta est, non quidem ob sui lentorem: sed propter meram & incredibilem duritiam. Hunc hirci sanguinem sæpius Jacat & in clibano tostare contritumque drachmæ pondere pleuriticis præbet. J. B. du Hamel libr. de affect. corp. scribit nullum penè esse remedium, cui omninò confidere debeamus & ex viro quodam clarissimo, se audivisse quod frustra id remedij adhibuisset. Ac D. Boyle, qui Helmontium aliqui

facis

pag. m.
310.

224. Prax. Chym. Sect. II.

fatis sincerum putat, tamen fatetur non semper, quæ adversus pleuritidem ille commendet remedia, aut sibi aut amicis, qui ea adhibuerunt, cessisse. Id nihilominus, quod ex rustico quodam accepit, non spernendum videtur, ster- cus videlicet equi vino albo aut cerevisiæ infusum, tum expressum.

Petrus Johannes Faber in *Panchymico suo libr. de Curationibus variorum morborum*, se desperatam pleuriticam curasse ait, exhibito *Arca- ni sanguinis humani & Cinnabar. Antimon. ana ʒʒ. in ag. Cinnamomi ʒj.* bis reiteratâ dosi, applicato super latus dolens *Emplastro diasulphuris Rulandi*, quod ex Cera, Co- lonboniæ æqualibus partibus & semî parte Myrrhæ & æquali omnium pondere Balsami sulphuris, ut in sufficientem emplastri consistentiam reducatur con- sistit. *Arcanum autem sanguinis hu- mani* describit in *Palladio spagyrico Cap. 130. m. 762. & 763.* his verbis.

Arcanum Sanguinis
humani.

Primo

Cap. II. de Pleurizide. 225

Primò, inquit, educitur sanguis ex corporibus animalium, in sufficiente quantitate, aut ex uno, aut ex pluribus corporibus, modo sint temperamento æquali & sano, deinde sanguis illè educus aërisque externi facultate concretus; temporis tractu in umbrâ arescere permittitur, ut humiditas superflua aquosa ad nutrimentum illius humiditatis radicalis apposita sensim evanescat. Quæ prima calcinatio dici potest, & si igne non fiat visibili, sed occulto, eo puta calore, per totum aërem sparso. Tum demum hæc materia optimè pulverisata, vasi vitreo, ad destillandum apto, cucurbitæ vitreæ scil. indenda est, & capitello ipsi apposito juncturis quam optime clausis, levissimo cinerum igne pellenda est hæc materia ad capitellum, quæ primò in formâ lactis, oculis ipsis sese ostendit. Secundò sal ChrySTALLINUS ascendit, lateribus capitelli affixus, ut cera fluens, summo perè tamen volatilis, quem segregare oportet, & benè custodire, ne pereat. Ultimòque ascendit oleum rubicundissimum novo capitello excipiendum, & illicò augendus est ignis, quantum fieri poterit, ut quicquid est olei ascendat, reliquumque in

*Arca
num san
guinis,
quomo-
do & quã
ratione
fiat.*

P

fun-

fundo remanens comburatur in cinerem albiſſimi coloris, tuncque perit, & frangitur cucurbita vitrea, nec unquam poteſt tantum ignis pati, quantum neceſſe eſt ad illam calcinationem. Unde conſulo omnibus, qui hoc arcanum tentare voluerint, ut poſtquam oleum totum aſcenderit, cineres, qui in fundo cucurbitæ vitreæ nigri coloris reperiuntur, extrahant, eosque reponant tiggillo terreo, ſeu crucibulo, fortiſſimo igne, per hebdomadam, in forno vitrario, aut ſimili, uſque ad illam albedinem calcinandos, hæc calcinatio ſecunda eſt ſed non adhuc vera & ultima calcinatio noſtra: nam ut ad eam perveniat ſal purus patet ut cera fluens Chryſtallinus optimi odoris, extrahendus eſt, ex cineribus illis albiſſimis, ſolutionibus, filtrationibus, & deſiccationibus communi viâ, & methodo, factis, toties reiterandis, donec ad illam puritatem, & ad omnia ſupra dicta puritatis illius mera judicia deducatur ſal ille precioſus, naturæ animalis theſaurus & veriffima theriaca. Poſtmodum ſal volatilis Chryſtallinus ut cera fluens, quatuor aut quinque ſublimationibus, à ſuis impu-
rita-

Cap. II. De Pleuritide. 227

ritatibus vindicandus, & unaquaque sublimatione vas sublimationis infernum mutandum. Aut illud idem perquam optimè detergendum antequam sal ascensus iterum solus in illo reponatur, & iterum scandat levissimo igne, ad supernum capitellum, donec puritatem quam maximam adipiscatur. Oleum etiam rubeum iterum destillationibus quam plurimis purificandum venit, donec rubini claritatem & splendorem acquirat, ac aliquantulam fixationem, in igne satis magno permanentem, & interim odorem gratissimum. Ultimò hæc tria certo pondere & mensura conjungenda sunt, salputa volatilis, sal fixus, & Oleum rubeum ignique levissimo, & continuo, per quam longissimum tempus commendanda, ut ignis actione continuâ & longâ in vase apto, & hermeticè clauso, tandem hæc tria figantur, & in ignis asperitate quiescant, fluant ut cera sine fumo, quod postquam factum reperitur, ipsa rerum magistra experientia, completa est, ultima nostra animalium calcinatio, seu humidi radicalis animalium coctio ultima, cui vita & sanitas vera inest, morborum omnium curatio, & totius naturæ ani-

P 2 malis

*Oleum
sanguinis
ut purifican-
dum.*

malis corporeæ purum & subtilissimum
vitæ fundamentum & basis. Fides & ve-
ritas hujus tanti arcani, ultra rationes
physicas infinitas, penes experientiam
est. Hæc ille.

*Cura se-
cundum
Paracel-
sum.*

Paracelsus loc. ult. citat. curationem
pleuritis ita tradit: Cura ejus duplex
est, ex Tartaro, & Syleto. Syletum
medicina composita ex tribus salibus.

Descriptio Diatartari.

*Diatar-
tarum.*

Rec. Tartari alb. ℥j. Aq. vitæ
℥ss. Granorum juniperi. Flor.
Gamandrea. Cichorei, ana unc.
iij.*

Reduc in aquam: Dosis ejus à drachm.
j. ad unc. ℥. in vino malvatico vel aquâ
de prunellâ, fiat pro cohob.

*in expositione textus. Ex vino optimo ru-
beo destillare man brandtwein & po-
stea aquæ melissæ accipitur ad æquales
partes & simul rursus destillantur, &
fit aqua vitæ, de qua hic loquimur.

De-

Cap. II. De Pleuritide. 229

Descriptio diamumiae.

Rec. Aq. predicta ℥j. Mumia. Dimu-
clara & electa unc. iiij. Aquar. mia.
pressi & mentha ana unc. s.

Fiat mixtura: Dosis drachm. s. ad
drachm. j. (al. ab unc. s. adj.) manè
& sero secundum cohob morbi.

Descriptio Syleti.

Rec. diamumia unc. vj. Salium Sylectum
gemma, Calothar, scissiana unc.
s. Aq. melissa, absynthij ana
unc. iiij (al. drachm. iiij.)

Fiat mixtura. Dosis à gran. vij. us-
que ad gran. xiv.

Compositum Syleti.

Rec. Trium salium ana unc. j. Tar-
tari utriusque ana unc. s. mumia
elect. drachm. j. Aqua melissa, Compositum
conserva buglosse ana q. suffi. tium ty-
cit. ti.

P 3

*is pro incorporatione, destil-
la per alembicum. Dosis à scrup.
j. usque ad scrup. IV.*

Cura Pleurefis quæ in regione Cerebri.

*Cura
pleurefis
cerebri.*

*℞. Laurini puri scrup. j. Olei de
musco gran. iiij. Camphora gran.
vij.*

*Fiant pilulæ cum aquâ de spica: Do-
sis à gran. vj. usque vij vel ix. secun-
dam cohob.*

*Cura ex-
terna*

*Cura specialis in pleurefi, quæ extrin-
secus valet, fit per unguentum de mur-
mentis cujus compositio talis est.*

*℞. Pingued. murmentorum unc.
iiij. olei lateris drachm. j. A-
mygdal. dulc. Laurini, ana
drachm. iij.*

*Fiat unguentum molle secundum ar-
tem, cum modico cere, quod admini-
stre*

Cap. II. De Pleuritide. 231

stretur loco dolemi & non cessa ungerere, donec punctiōnes desistant.

Hoc Paracelsi linimentum efficacissimum est & à variis authoribus probatum & præscriptum est, cui etiam addere poteris *ol. chamamel. & anethi stillatis.* item *Cera, & Balsamum mumiæ* hic autem est

Balsamus Mumia.

Rec. Mumia vera lbj. Pistillo ligneo in fibras contrusa forficeque incisa *Balsamum Mumia.*
in phiala longioris colli affunde olei olivarum & spiritus Therebinth. ad eminentiam trium vel quatuor digitorum: Digere vase hermeticè clauso in fimo vel balneo vaporis per dies 40. Deinde vase aperto materiam Cucurbita infunde, quam apertam in B. M. collocato pro exhalando foetore, post filtra per pannum Cotoneum & dissolutam in vase vitrea cum spiritus vini rectificati equali pondere tribus septimanis digere, quibus elapsis loco alembici cæci rostratum impone vase
♣

& spiritum vini abstrahelento igne,
remanentem Balsamum iterum filtra
& usui tam interno, quam externo
serua.

A Pleuritide quoque non raro; fit
Empyema sive materiae purulentæ in
cavitate thoracis aut vasorum pulmo-
nis collectio, d fficultatem respirationis
cum tussi sputoque purulento indu-
cens; quando nimirum sanguis coagu-
latus non dissolvitur neque per dia-
phoresin expellitur, sed in pus transit:
unde pleuritici empyeci evadunt, qui si
intra quadraginta dies per excreationem
aut per intestina aut vesicam, quò nempè
natura vergit, non expurgantur, tabe con-
sumuntur. Quod si autem materia a-
deo copiosa ut per dicta loca expurgare
non possit, sectio, administratur ad e-
mittendum pus. Ad locum autem
quod attinet ubi sectio administranda,
non parum discrepant docti: Hippo-
crates; Guido, Amatus Lusitanus &c.
sectionem institui volunt inter tertiam
& quartam costam; Fienus, Riverius
alique plurimi inter quartam & quin-
tam; Paulus Aeginetta, Vidus Vidius,
Fa.

Empyema
quid?

causa
causa.

Curatio
per se-
ctionem.

Cap. II. De Pleuritide. 233

Fabricius ab Aquapendente, Sennertus inter quintam & sextam, qui locus tutissimus videtur Paulo de Barbette in *Chyrgiâ cap. XV.* Nam, sectionem dicit, si altius instituas pericardium & inferius diaphragma lædetur. Schulteus verò in *armamentario Chyurgico part. 2. obs. 52.* In loco Hippocratis Paracethesi facta feliciter patientem restituit; Fit autem sectio, si unum supra dictorum locorum elegeris non ante neque post pectus, sed in latere, à sternone quatuor aut quinque digitorum latitudine interpositâ, notante P. de Barbette *loc. cit.* Sed vide hac de re ipsos auctores citatos aliosque chyrgos.

Secus ad puris maturationem & evacuationem promovendam conferunt, quæ suprâ in pleuresi, præsertim salia volatilia & oleosa: Item Decoctum ex *Herb. Prassii, Hedera terrestris, capill. vener. origan. scabios. scordii, Flor. Hypericonis & Rad. Helensi* factum. Nec satis laudari potest *Balsamus Sulphuris Therebinthinatus*, præsertim si modo sequenti illum composueris.

℞.

234 Prax. Chym. Sect. II.

Balsamus Sulphuris
Thereb.
comp.
albus.

℞. Bals. Sulphur. Terebinth. ℞. j. ℞.
Gumm. Ammoniac.
Galban.
Thuris
Myrrha ana unc. ℞.
Mumia unc. j.
Spermatis Cete drachm. iij.

Dissolve gummata & mumiama quantum fieri potest in spiritu vini rectificato & aromatizato & cum bals. Sulphuris Therebinth. confunde, post coque ad consumptionem spiritus vini vase aperto, cucurbita scil. tumque demum sperma Cete adijce, coque adhuc exigua morula, & post refrigerationem Balsamum deple, qui non solum in hoc sedes aliis morbis praestantissimum est remedium, ut experientia docebit.

Peripneumonia quid:

PERIPNEUMONIA nihil aliud est, quam pleuresis pulmonum, & a pleuresi vulgari tantum parte subjecta, alias neque causam neque remediis differt; Et signa sunt eadem, nisi quod in peripneumonia ut plurimum pulsus intermittens & non adeo vehemens sit dolor punitorius.

CAP.

CAP. III.

De

Asthmate.

Asthma est difficilis & laboriosa respiratio cum sibilo & stertore, modo cum, modo sine tussi procedens; à quâ dyspnoea & orthopnoea non nisi symptomatis crebritate & densitate ob causæ gravitatem differt: Est autem illa asthma leviore, hæc gravior, nam non nisi erectâ cervice in hæc respirare coguntur ægri.

*Asthma
quid?*

Galenici causam asthmatis pituitam viscidam pulmonibus in hærentem statuunt & quidem rectè, sed & nobis dabant, si idiomate usitato, præsertim si coagulata est, Tartarum dicamus: Quippe Fernelius dicit *lib. v. de part. morb. & Symp. cap. X.* Hunc humorem nempe pituitosum, quum non totus expuatur, reliquam bronchiis aut pulmonum cavis, in quæ subierit, firmi-

*Causa
Galenicæ.*

us inhaerescens, quam ut evelli possit, tempore magis magisque crassescere atque siccescere, dum vi caloris in vitream aut etiam in gypseam pituitam abeat. Illa verò pituita, inquit Riverius in *prax. med. lib. vij. cap. 1. de asthma*. si ad bronchiorum canales profluat, verum asthma cum stertore producit, si verò in pulmonum substantià vel in laxis arteriis subsistat asthma spurium generat sine stertore. Flatulentam quoque materiam agnoscunt Galenici, quæ asthma flatulentum producat, quale est in hypochondriacis. vid. Riverium citat. *loc. pag. m. 296.*

Paracels.

Paracellus lib. viij. *Paraphorum §. r. de asthma*, eandem cum Galenicis, inter alias occasionales, agnoscit materialem causam, ita enim: *Asthmatis species sunt ista: Pulmonis apostemata, regionum pectoris anthraces, ulcera, regionis vel pulmonis superfluum humidum, siccum, pinguedo, repletio & liquoris excrementa.* Quæ ita Porro explicat. Pulmo & regio pulmonis non debet esse oppilata sed debet esse pura, nec anthraces habere. Et quia pulmo semper debet dilatari & contrahi, igitur apo

Cap. III. de Asthmate. 237

apostema, si quod est, aut impedimen-
tum, statim se prodit, quod in reliquis
membris Principalioribus non fit. In
felle enim & cæteris apostema diu lati-
tare potest. Si in pulmone sunt ulce-
ra, virtus aperitiva procedere nequit,
foetet anhelitus. Anthrax venit cum
paroxysmo, cum pauco frigore i. e. ut
in schol. ad libr. paragraph. pag. m. 190.
explicat, cum tremore & febris. Si
pulmo est humidus, fit gravis, & hi
semper tussi laborant. Si nimium est
siccus, rursus non potest aperiri, tuss-
siunt, punctiones laterum sentiunt, do-
lor est ex siccitate. Si sanguis pulmonum
excrementa rejicit, obturat tubulos, &
spiramina pulmonis consistunt. Cum
phlegma jacet in bronchiis aër non po-
test penetrare fiunt anhelosi, & ubi re-
siccatur in cannulis, tussim facit perpe-
tuam. *Lib. autem. 3. Paramiri, de ori-
gine morborum ex Tartaro. cap. IV. A-
sthma & tussim ex tartaro pulmonum
oriri asserit. pag. m. 60. Lit. A. in aen-
selbigen adern reiniget die lunge,
das reine von den unreinen, und was
ihr nicht füglich ist, das wirffts hin-
weg. Solche scheidung kann der-
ma.*

